JOHANNIS-JACOBI

WISSENBACHI

Naſſovi, JC. & Anteceſſoris Friſii

IN

Libros IV. Priores Codicis

Dn. JUSTINIANI

Repetitæ Prælectionis

COMMENTATIONES

Cathedrariæ.

~~Num. 43.~~ 9.

~~Num. 42~~

FRANEKERÆ,

Impenſis GERHARDI SCHICK, Bibliopolæ.
ANNO M DC LX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA - SALAMANCA -

Lectori Benevolo

S.

SOlenne ferè eſt bonarum literarum & Diſciplinarum Profeſſoribus, ut, dum officio rectè fungi, nec gratis frui volunt Congiariis, etiam ſeverioris Doctrinæ Commentationes edituri, antè in Didacticis Academiæ pulpitis diſcutiendas eas publicè proponant, Diſcentium Studiis felicius provehendis. In hoc piſtrinum, tanquam in opus publicum, de purioris Juriſprudentiæ Studioſis bene merendi conſilio, me quoque devovi; editîs primò ad Inſtitutiones, tum ad Regulas Juris, dein ad Verborum & rerum Significationes, poſtremò ad L. Pandectarum libros Exercitationibûs Cathedrariîs. Eôdem inſtitutô id jam orſus ſum ad Codicem Juſtinianéum, (tertiam Juriſprudentiæ ætatem) magnâ ſui parte ex utiliſſimis & in foro tritis Imperialibus Conſtitutionibus compoſitum, inque XII. libros diſtinctum: qui *Ius Publicum*, ejuſque Caput præcipuum, *Ius Sacrum*, in Inſtitutionibus & Digeſtis prætermiſſum, continet. Laudibus

Auxilium à Domino!

DE
Compoſitione Codicis Juſtinianéi Repetitæ prælectionis, & Titulo primo libri primi, de Summa Trinitate & Fide Catholica.

Thes. I.

ANnô τοῦ Σωτῆρος Χριστοῦ D XXIX. Deciô Conſule, indictione ſeptimâ, XVI. Kal. Maji, ex tribus Codicibus, Gregoriano, Hermogeniano & Theodoſiano, qui id temporis in manibus hominum verſabantur, auſpiciis & auctoritate Juſtiniani novus compoſitus eſt Codex, annô tertiô imperii Juſtiniani. *tit. de novo Cod. fac. & tit de Iuſtin. Cod. confirmando.*

II. Codex *Gregorianus* dictus eſt à Gregorio JCto, ut multorum fert opinio, qui Imperatorum Conſtitutiones ab Hadriano uſque ad Valerianum, & Galienum collegit. Quomodo jus *Papirianum* à Papirio; *Flavianum* à Flavio appellatum eſt, *l. 2. § 2. & 7. D. de O I.* *Hermogenianus* ab Hermogeniano JC. accepit nomen; quô continebantur Claudii, Aureliani, Probi, Cari, Diocletiani & Maximini conſtitutiones. Codex *Theodoſianus* à Theodoſio Imperatore nuncupatus eſt; qui

FRANEKERÆ,

Ex Officina
JOHANNIS WELLENS, Illuſtrium
Friſiæ Ordinum & eorundem Academiæ
Typographi Ordinarii.

ANNO M. DC. LX.

BIBLIOTECA UNIVERSITARIA
SALAMANCA